

frendĕre, frē[s]um. uerb. intr., tr. **FORMA** usitate ad 3^a coni. pertinens CHAR 477. frendo.; aliquando ad 2^a coni. frendĕre PACUV Trag 10.; frenduerunt VULG Psalm 34.16.; praes. frendent AUG Ciu 20.30.17.; fortasse AUG Serm 10.57.11.; inter fremere et frendere discrimen fiebat **τb1**; fressa PLIN Med 2.18.10.; ambigitur cum frixus VEG Mulom 70.2. **ETYM** Plt. *X^WREND-, Ple. *G^{WH}REND^(H)-E/O-^{DEVAN}; *GHREN- 'fricare subito'. **DLAT** defrensus, frendor, infrendere. **DROM** **a** 'clamare' > it. frendire. **b** FRESUM 'in puluerem redditum' > *FRESARE 'dentibus crepare', 'pinsare' > cast. fresar 'abrir agujeros con la fresa'; fresada 'gachas de harina, leche y mantequilla'^{ML}; FABA FRESA 'faba decorticata'^{ML} > fr. fraisée 'manguito, gola' > cast. fres??? 'trenza'^{ML}, fr. fraise 'especie de tadaladro'; it. fregiare 'decorar'^{ML}, 'ensanchar un agujero'. [**FREC** humilis **105**^{indicia} **6,3**^{/d.c.m.} **220-130** PACUV] uocabulum scriptis litterariis omne genus aptum; omnibus usibus, praecipue doctis; uersu (drama, uersu heroico, lyrica Christiana) pro rata parte abundantius quam prosa; technicis pro rata parte magis inuenitur ad agri culturam, medicinam et ueterinariam artem pertinentibus, idque saepissime per loc. faba fresa; inde ab initiis apparet usque ad Antiquitatis finem.

VARIATIO OPERUM		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
	argumentans	28	3,9
	dramatica	5	11
	exponens	39	13
	lyrica	2	7
	narratiua	30	5,5
	satirica	1	5,2
DIACHRONICA	III-II aec.	6	15
	I aec.	3	1,1
	I-II ec.	32	8,3
	III-V ec.	64	6,8
DIAPHASICA	docta	22	10
	media	79	5,7
	quotidiana	4	7
DIASTRATICA	litteraria	70	5,1
	technica	35	13
MODUS	prosa	72	4,9
	uersu	33	17

¶ **a1** ueri simile est, si res prospicias, initio ut molere usitatum fuisse, primo scilicet mola saxeae • se podría asegurar que el uso referencial más directo proviene del hecho de 'moler' la harina, primero con la muela de piedra [**TROP** pinsare **SIM** 'molere'^b] **220-130** PACUV Trag 11. fruges frendo solidas saxi robore.-**37** VARRO Rus 2.4.17. Amisso nomine lactantes dicuntur nefrendes ab eo, quod nondum fabam frendere possunt, id est frangere. **201** SER 33. copia farris uti frendentibus edita saxis.

a2 postea dentibus, quibus aliquid comminuebatur • y luego con los dientes, 'triturar' [**TROP** obterere^a **DOM** dens]  SERV Aen 8.230. frendere significat dentibus frangere. ISID Orig 4.6.3. frendere est dentes concutere. 20.16.1. nefrendes dicti adhuc lactantes porculi, quod nondum aliquid frendant, id est comminuant dentibus. **GLOSS** 5.202.39. frendant comminuant.

a3 adeo ut quasi mandere uteretur • hasta el punto de que se puedo aplicar a 'masticar' [**TROP** naturalem corporis actionem agere **SIM** 'mandere'] **79** PLIN Nat 34.112. cetera enim dente deprehenduntur stridentia in frendendo.

immo morsus minitari • o incluso a hacer amago de morder **383-387** VULG Psalm 34.16. frenduerunt super me dentibus suis.

b1 at primo ut ^{dentibus} ob iram frendere inuenitur • sin embargo, su primer uso atestiguado fue el de 'rechinar' los dientes, debido a estados de ánimo alterados [**HYP** frendescere **SIM** crepitare^{a2}, infrendere^a **DOM** dens] **254-184** PLAUT Capt 913. hercle ego illum male formidabam, ita frendebat dentibus. **200** PLAUT Truc 601. dentibus frendit, icit femur¹. **92** SIL 5.253. Lentulus huic frendens ira. **300-400** EPIT Alex 112. dentibus frendens cum se iam in extremo spiritu uideret.  ¹ En relación con las profecías u oraciones realizadas por los sacerdotes de Belona en los momentos de paroxismo, cuando se infligían heridas. **GLOSS** 4.239.3. frendit dentibus stridet. 5.202.38. frendere est dentes comprimere uel concutere.

b2 interdum quasi gemere • a veces de forma absoluta, con un matiz parecido a 'gemir' [**TROP** ESC+ flere^b 'SIM gemere'^{b1}] **220-130** PACUV Trag 10. perdita inluuie atque insomnia frendere noctes, misera quas perpessa sum. **92** SIL 2.121. comitis casu frendens labentia uirgo membra leuat. **397-401** AUG Conf 9.10.4.1. o si uiderent internum aeternum, quod ego quia gustaueram, frendebam, quoniam non eis poteram ostendere.

uel contrario quasi furere, inuidia scilicet • o, al contrario, parecido a 'rabiar', especialmente de envidia **353-431** PAUL NOL Epist 173c. licet dentibus frendat inuidia. **398** AUG Serm 137.14. Peccator uidebit, et irascetur, dentibus suis frendet et tabescet.  **GLOSS** 2.260.16. βριμῶμαι.

uocabulis frendere et fremere similia significantibus, necesse fuit eorum usus distinguere, ita ut fremere maiorem sonum indicet, frendere ad animi affectus magis pertineat • por la cercanía de significado, fue preciso indicar que fremere implica una mayor cantidad de expresión sonora, en tanto frendere parece dirigirse más a una actividad íntima  **NON** 103. FREMERE et FRENDERE hoc disparantur, quod est FREMERE magnum sonare. ISID Diff 1.f.226. Fremere est furorem mentis, usque ad uocis tumultum excitare, frendere uero proprie, dentes comprimere et concutere.

b3 ^{adu., acc. adu.} de dentibus loqui uel fremere • decir entre dientes, mascullar, murmurar o farfullar, escupir de la boca [**TROP** murmurare] **37-29** VERG Georg 4.452. grauiter frendens sic fatis ora resoluit. **80-90** STAT Theb 10.416. mente sub incerta toruum ac miserabile frendens. **370-420** HIER Epist 1.1.4. saeuum dentibus frendens.  **GLOSS** 5.202.37. frendens fremens siue murmurans.

siue certaminibus • en el enfurecimiento bélico **2-8** Ov Met 8.435. tumida frendens Mauortius ira. **390** AMM 19.11.14. Martium frendens.

siue irae acuminibus • o en los momentos de enfado o ira **41** SEN Ira 1.19.2. non frendens nec caput quassans nec quicquam indecorum iudici faciens. **50** CURT 10.2.30. Desiluit ... frendens de tribunali.

b4 ^{subi. acc. + inf.} uerbis irasci • irritarse, enfadarse, encolerizarse o protestar enfadado ^{de que} [**TROP** exacerbare^a **SIM** 'irasci'] **50** CURT 4.16.3. frendente Alexandro eripi sibi uictoriam e manibus.

b5 et ideo animose loqui • y por tanto, decir cosas enfadado o irritado, protestar o clamar [**TROP** clamare^a] **400** AUG C Faust 22.84. ut ipsi Iudaei publice clamarent, frendentes aduersum Christum.

adi. **frendens, ntis.** ^{homo} iratus • ^{persona} enfadada o irritada [**REL** 'iratus'] **80-90** STAT Theb 10.911. premit undique lentum turba deum frendens et tela ultricia poscit. **330** IUVENC 5.550. Ipse sacerdotum princeps urgere tacentem insistit frendens furis. **390** AMM 24.5.8. imperator iratus et frendens. **390-406** VULG Mal 21.4. uenit ergo Achab ... frendens super uerbo, quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites.

c inde ad animalium uoces edendas pertinuit, maxime ferarum • de aquí se aplicó a emitir sus voces diversos animales, muchas veces fieros **370-405** PRUD Psych 1.192. sonipes huc illuc frendens obuertit terga. **390** AMM 19.5.4. egredi nequeuntes frendebant ut bestiae. **405** PRUD Ham 1.560. Friget fera futile frendens.

c1 specialiter grunnire aper • especialmente gruñir el jabalí [**TROP** edere uoces animalia terrestria **SIM** 'grunnire'] **1** Ov Ars 1.46. Scit bene uenator ... qua frendens ualle moretur aper. **121** SUET Prata 161. aprorum frendere.  **ANTH** 762.52. frendit agrestis aper.

c2 seu rugire leo • o rugir el león [**TROP** edere uoces animalia terrestria **SIM** 'rugire'] **92** SIL 10.22. si ferus ... stetit ante oculos frendens leo. **392-393** HIER Soph 3.12. leonem inter ouiculas putes frendere. **400-430** SEDUL Carm pasch 2.110. ereptum ... gemens facinus sibi, ceu leo frendens.

c3 item edere uocem merula • también chillar el mirlo [**TROP** edere uoces aues **SIM** 'zinzilare'] **121** SUET Prata 161. merulorum frendere uel zinziare.  **POL** SILV 1.548.4. merulus frendit.

d1 adi. **fresus, a, um.** ad legumina trita pertinuit, qualia cicera • fue aplicado a legumbres que han sido 'molidas', como la algarroba [**DOM** cicera, cicercula, eruum] **60** COLUM 2.10.35. Cicera bubus erui loco fresa datur in Hispania Baetica. 6.3.4. fresi et aqua macerati erui quaternos sextarios mistos paleis bubus dare conuenit. 11.2.99. cum cicerculae fresae semodio.

d2 subs. f. **faba fresa.** farina fabis confecta • harina de haba [**HYPER** farina **SIM** lomentum] **234-149** CATO Agr 90. fabam fresam puram et far purum facito. **60** COLUM 8.6.1. Nonnulli solida, multi etiam fresa faba coaggerant. **80-85** MART Epigr 4.46.6. Hos fastus animosque dat Sabello farris semodius fabaeque fresae. **350** PELAGON 6.3. Fabae fresae, id est lomentum, unc. vi infundis. **390** VEG Mulom 129.9. Farinam fabae fresae.  PAUL FEST 81. Frendere est frangere; unde at faba fresa; unde et dentibus dicimus frendere. Ps DOSITH Vat 429. ἐρεγγός, faba fresa. Mon 183a. ciamos faba solida, eregmos faba fressa. SERV Aen 8.230. frendere ergo quoquo modo frangere, ut 'fresa faba' fracta. ISID Orig 17.4.4. Faba fresa dicta eo quod ea homines fredant, id est frangant. 20.16.1. faba fresa, quae molita est. **GLOSS** 4.80.56. fresa fracta, diuisa. 2.69.43. faba frensa ἐρεγγός. 3.183.22. faba fressa ἐρεγγός. 3.357.6 faba fresa ἐρεγγός. 3.429.71. faba fresa κύαμος. 5.634.46. fresa faba.

quae elocutio perfecta numquam fuit, uerborum formis uariantibus • esta colocación no estuvo totalmente lexicalizada, pues el part admitía ciertas modificaciones **60** COLUM 7.10.4. fabae minime fresae. **79** PLIN Nat 22.140. faba ... in cibo fresa. **350** PELAGON 1.35. fabae heminae fresae bene tritae.

MED ea uarie utebatur, contra tussim et albuginem uim habente • tenía diversas utilidades, pues era reconocida como buena para la tos y para la película de los ojos [**DOM** faba, similago, ualuulae] **30** CELS 6.10.1. tussientibus magis prosunt gramina concisa, et his admista fresa faba. **79** PLIN Nat 27.40. utilis tussientibus cocta cum faba fresa, melle addito et caligini oculorum. **395-415** MARCELL 16.100. Faba fresa tussientibus, in qua aleum coctum fuerit, maxime prodest.

contra tumores • para los abscesos **30** CELS 5.18.21. Supprimitque omne quod abscedit id, in quo est galbani, fabae fresae.

et contra testium aegritudines • y las dolencias de los testículos **400** Ps THEOD PRISC Add 25. Faba fresa ulcera testium sanat.

item substantia erat cui medicamentorum uires adiciebantur • además de sus virtudes propias, servía como excipiente con el que mezclar otros principios activos **300-350** PLIN Med 2.18.10. ad calculos comminuendos ... fimus palumborum in sorbitione ex faba fressa bibitur. **370** PLAC Med 31.11. Ad smigma totius corporis. Ouorum album misces cum II sextariis fabae fresae.

cum ualuulis frendebatur • se acostumbraba a moler junto con la vaina [**DOM** integer, ualula] **60** COLUM 7.4.2. fresae cum suis ualuulis fabae. **380-430** PALLAD 2.9.2. faba si bis sarculetur, proficiet ... ut ad mensuram modii complendi fresa propemodum sicut integra respondeat.

VET **350** PELAGON 30.90. Itaque uni equo potionem fabae fresae sext. coquis. **390** VEG Mulom 5.69.6. Si grauius tussierit animal, fabae fresae et coctae sext. I ... decoques.

AGR ut pabulum, quamuis maioris pretii, aliis deficientibus usitabatur • era utilizado como forraje, pese a su precio mayor, cuando faltaban otros **60** COLUM 6.3.5. Potest etiam si prouentus uilitatem facit, semodius fabae fresae praeberi. 7.3.22. per se hordeum uel fresa cum faba cicercula sumptuosior est.

d3 subs. n. pl. **fresa, orum.** **200** VET Lev 6.21.^{TL} secundum Augustini uerba, nequentis affirmare utrum fabae farinam designaret an minutissimas eius partes • según el comentario de Agustín, que no puede afirmar si designó bajo esta forma la harina o los polvos o granos que la componen **419** AUG Quaest hept 3.15. quid sit fresa. ... In sartagine, inquit, in oleo fiet, conspersam offeret ... fresa, id est eam similaginem. Deinde dicit fresa, si tamen hoc recte interpretatum est ex illo quod graecus habet ἐρικτὰ, et pluraliter hoc posuit genere neutro. Non enim ait fresam, tamquam eamdem similaginem, quam dixerat conspersam. Haec autem fresa sacrificium de fragmentis esse dicitur. Utrum ergo fresa dicat ipsa fragmenta, id est comminuta; an ipsa minutissima similaginis fresa dixerit, non est euidentis.